



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**De Sanctissimo Christi Iesu Dei Et Hominis Amore**

**Le Gaudier, Antoine**

**Coloniae Agrippinae, 1620**

Duodecimus fructus. Christi Domini imitatio.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-50572](#)

Duodecimus fructus. Christi Domini  
initiatio.

Hic inter omnes vberrim⁹  
fructus est, nam omnes iam  
dictos, & innumeros alios suo  
complexu continet. Est enim  
hic, inter cæteros, finis incar-  
nationis Christi Domini. Nā  
cūm homo à vero fine aber-  
rasset, & media gloriæ diuinæ  
nobis à Deo commendata ne-  
glexisset, Deus ipse factus est  
homo, vt suo nos exemplo  
doceret, quid Deo debeamus,  
quæ salutis, & æternæ gloriæ  
comparandæ via tenenda  
nobis esset. Hoc exemplum,  
vt efficacius redderetur, tan-  
ta illud amoris vi condi-  
uit, vt fortissimè quosque

post

post se trahat. Quis enim tam amantem, & beneficium dum sequi renuat preceuntem, & humanissime suauissimeque inuitantem? Hoc uno vinculo liberrimi, & maximè spontanei amoris traxit hactenus, & trahit adhuc inumeros post se, qui currunt in odorem vnguentorum eius, & vita eius virtutumque vestigijs alacriter insistunt. quæ certè cù nonnunquam asperitatem aliquam, contradictiones, persecutio[n]es, irrisio[n]es, opprobria, paupertatem, contemptum, labores, dolores, mortem, crucem habeant, nisi hic amor condiret omnia, & corda eorum piissimo regi, & redempto-

demptori agglutinaret, facile  
ad pristinas vias redirent; sed  
urget eos amor Christi, ut qui  
viuunt, iam sibi non viuant,  
sed ei qui pro ipsis mortuus  
est. Huius effectus est testis  
locuples S. Paulus, qui cum  
flagranti Christi amore absor-  
beretur, ita in eum est trans-  
formatus, ut auderet se in ex-  
emplar ad Christum imitan-  
dum, proponere; Imitatores  
mei estote, sicut & ego Chri-  
sti; imò in omnium animis  
CHRISTVM formaret, filioli  
quos iterum parturio donec  
formetur Christus in vobis.  
Nam in eo loquebatur Chri-  
stus, experimentum vultis e-  
ius qui loquitur in me Chri-

2. Cor. 5.

1. Cor. II.

Gal. 4.

2. Cor. 3.

Gal. 2.

stus;

stus in eo impressis stigmatibus vigebat; in eo viuebat, operabatur, patiebatur, Viuo ego iam non ego, viuit vero in me Christus.

Verè enim o Domine Iesu,  
amor ille tuus sanctissimus  
puritatis omnis, & sanctitatis  
artifex, fornax est ardentiſſi-  
ma, quæ non excoquit & con-  
sumit ſolūm rubiginem veteriſſi  
noſtri hominiſi, ſed colliget  
quefactos noſ, in nouam  
vitæ tuæ sanctissimæ  
formā transfun-  
dit.

F I N I S.

ORA